



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.  
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi  
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

**Rodrigues, Manuel**

**Lvgdvni, 1621**

Beneficia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41743**

34 B E N E F I C I A.

fuorum Calicum, &c. ab alieno Episcopo, nisi bis aut ter cum debita humilitate à proprio petierint, nec obtinuerint, art. 4. aut si nolle pro prius id eis exhibere gratis. art. 5.

Item dicti Prælati reconciliare possunt suas Ecclesias pollutas, cum aqua benedicta cinere mixta, ab Episcopo benedicta, si Episcopus ultra duas dietas, id est, i 4. leucas non distet: si vero longius distet, permisum est eis per Leon. X. candem benedicere. art. 6.

Qui celebrat in Ecclesia polluta, quamvis mortaliter peccet, non incurrit tamen irregularitatem. ibid.

B E N E F I C I A.

Vide Episcopus, Claustrum.

**B**eneficium aliud est sæculare, aliud regulare. Regulare etiam duplex, compositum, ut est Abbatia regularis, & Prioratus Conuentualis, eo quod qui ea obtinent, duplii honore funguntur, circa personas, & res. Aliud simplex, ut Prioratus simplex, & Monachatus regularis, quia illi simplici tantum honore funguntur.

Secu

BENEFICIA. 35

Seculare aliud cum administratiōne, vt beneficium curatum; aliud sine ea, vt beneficium simplex. *to. 1.*  
*q. 34. art. 1.*

Imitantur etiam nōmen & natūram quodammodo beneficiatorum, qui manualia ( vt aiunt ) beneficia habent, quæ tamen propriè beneficia non sunt, quia præfecti iis beneficiis possunt amoueri ad nutum Abbatis vel Prioris. *art. 2.*

Regularia beneficia Regularibus dumtaxat sunt conferenda, sacerdotalia sacerdotalibus tantum. *art. 3.*

Supradicta solum pertinent ad Regulares possidentes, non autem ad Mendicantes incapaces beneficiorum, ob renunciationem omnis proprietatis; vnde in his, Prioratus, Guardianatus, &c. sunt dignitates & administrationes Ordinis, & Regularæ, non autem beneficia. *ibid.*

Nullus regularis acceptare, nec per consequens procurare potest beneficium sacerdotale sine consensu sui Superioris, aut dispensatione Summi Pontificis, articulo 5. *Vide Electio.*

Admissus vero ad beneficium

C. 2 regu-

## 36 . BENEFICIA.

regulare vel sacerdotalre nequit admitti in capitulis generalibus & Provincialibus , seu congregationibus negotiis , & officiis , aut aliis administrationibus Ordinis , nisi Generalis consensu interueniente , sub pena excommunicationis , quam admissus & admittens ipso facto incurruunt , art. 5.

Regularis habens beneficium sacerdotalre cum dispensatione , absolvitur ab obedientia sui Superioris , & ab omnibus & solis obseruantiiis , quas non potest commode obseruare cum executione dicti beneficij ; unde nunquam potest dimittere habitum , nec proprium habere , sed tantum administrationem rerum sibi creditarum . art. 6.

Non potest Regularis cogi à suo Superiore , vt acceptet beneficium sacerdotalre ; nam hoc est vel contra Regulam , vel , nisi dispensatio Papalis interuenerit , excedit potestatem Abbatis , qui solum potest præcipere ea quæ pertinent ad Regulam promissam : secus si beneficium communiter haberetur à Monachis , quia tunc Abbatis præceptum esset

BENEFACTORES. 37

esset secundum ipsam regulam a. 8.

Vide *Obedientia*.

Si regularis sit exemptus ab Abbatie, ut pote quia habet beneficium alteri subiectum, acquirit suæ Ecclesiæ, alias Monasterio. Quod si dictum beneficium non sit Abbati pleno iure subiectum, nequit ipse Abbas eum cogere, ut ad claustrum reuertatur, vel illum amouere, vel præcipere, ut de pertinentibus ad idem beneficium, hoc vel illo modo disponat. art. 7.

BENEFACTORES.

Vide *Hospitales*.

**B**enefactoribus, quæ talibus nequit quisquam molestus esse. Item nec in eos ferri potest excommunicatio, ob conuersationem cum Fratribus iuxta plurium Pontificum indulta. Quod si auctu fratribus ministrent, aut maneant intra septa Monasterij, sub obedientia Prælatorum, eximuntur ab Episcoporum iurisdictione, per Concil. Trid. tom. I. q. 33. art. 1.

Prælati Ordinis per Concessio-  
nem Urbani V. imo secundum ius  
commune, ut probat Corduba l. 5.

C 3 quast.